



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

15. Auaritiam & Ambitionem in fratres sæuijsse.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45699**

Valerian.  
hom. 20.

nunciat. Tu comples terram latronibus, & homicidis, mare piratis, urbes turbis atq[ue] tumultibus, forum atque tribunal falsis testibus, sycophantis, proditoribus, aduocatis & judicibus, eò propendebitibus, quò tu pertraxeris. Anaritia mater ineq[ue]alitatis, immisericors, inhumana, crudelis. Hæc Asterius de cupiditate per opes accensa, quæ, teste Valeriano, in filio Parricidiali animo aut patris vitam increpat, aut matris mortem expectat. Tueatur illum fortè ab hoc crimine causa debitis hereditatis. Verum est. Sed quamquam legitimus heres sit, non tamen sine cupiditatis vicio successionis vota componit. Vellit deniq[ue] unicus esse, si posset. Modo de patris morte cogitat, modo de fratri vita suspirat. Non est hoc sine grandi scelere impietatis. Nam quisquis hominum parentia mortis expectatione animam pascit, parricidiali criminis in hereditate succedit. In quo loco cupiditatis impulsu nutriuntur inter coheredes odia.

## XV.

Gcl.lib.4.c.3.

Exempla sunt innumera, etiam fratrum inter se agentium, quod egerunt, inter se Eteocles & Polynices Oedipi Thebanorum regis filij; qui defuncto parente, de hereditate & ditione dissidentes, cōtractis vtrīq[ue]; copijs, ambo se mutuis vulneribus interfecerūt. Eamdem causam habuit Romulus, sed prætexuit, cùm Remum occideret. Eamdem in sacris historijs Ioram rex Iudææ, qui suauit Athalia vxoris fratres interfecit. Eamdem, ut tradit Volaterranus, habuit Aristobulus rex & ipse Iudææ, ut Antigonum fratrem, quem prius regni consortem fecerat, falso insimulatum perimi iuberet. Compertum est, inquit Diodorus, Osridem Ægypto iuste regnante a Typhone fratre impio ac nefario interemptū. Quem in sex & viginti partes dissectum cuiilibet eorum, qui tanti sceleris participes fuerant, partem dcđit, ut ipsos defensores custodesq[ue] regni fidos haberet. Polyphontes rex fratri necem inculit, quod ab eo insidias & mortem sibi parari intellexisset. Herodotus alijq[ue] scribunt, Cambysē Perſarum regi visum esse per quietem, venisse sibi nuncium, qui dicebat, Mergidem fratrem solio sedere regio. Qua ille visione consternatus, Perexalpem Persam ad eum interimendum misit. Mamertes cùm Sisaphonis Corinthij fratris sui filios regnandi libidine permisit, ab ipso Sisaphone membratim laceratus est. Rhesus Maximus & Amerix filius fratrem Simulum in venatione vita priuauit. Sallustius quoq[ue] affirmat lugurham Manastabolis filium nocti hum  
fratres

*Cap. V. Quae virtus è dñis proueniant?*

Fratres suos Adherbalem & Hiempalem Miciplæ patrui sui filios exanimasse, vt solus Numidis imperaret. Atque vt ad nostra tempora propriùs accedamus, Isaicius Angelus Imperator ab Alexio fratre (quem à Turcis captum redemerat) per summum scelus, oculis, imperio, & vita priuatus est. Feugo quoque Horuendiliū Saxo Gramma Danorum regem fratrem suum insidijs circumuenit, atq; vbi par- mat lib. 3.  
rificio datus est locus, cruenta manu funestam mentis libidinem satiauit, vt eo mortuo regnaret. Gregorius Turonensis memorat, Herminefredum Bertarium fratrem vi oppressisse, vt soli sibi tranquilliū & securiū, apud Thuringos liceret regnare. Fernandus rex Castellæ, Sanctij filius, Cárstam fratrem regem Nauarræ peregit, vt Nauarram ipsam suo adiiceret regno. Visque adeò libido principandi non præscribit sibi modum. Eamdem ob regnandi Io. Dubruin⁹ caußam, Drahomira matre instigante, Boleslaus Vratislai Bohem. lib. 5. hist. Bohem.  
morum regis filius fratrem Wenceslaum æquitatis & religionis obseruantissimum principem, & Abeli iusto persimilem, è folio & Surius in vita S. Wenceslai 28. Septemb. vita eiecit. Deniq; Orodes Phraatis filius, Parthorum rex, Mithri- datem secundum fratrem suum Babylonie obfedit, factaque dedi- tione, in conspectu omnium, quamvis supplicem contrucidauit.  
*Deus te perdat, ambitio;* inquit ille,

*Quae fratres armas in fratrum viscera, queque*

*Securum à nato non finis esse patrem.*

Neque enim, vt suprà ostendi, in fratres tantum fæuit amor diuinorum, parentum ipsorum iugulos petit. Nam, vt Plato queri- Plat. lib. 30.  
tur, Ardieu Pamphyliæ tyrannus patrem senio confectum, & fra- de Rep.  
trem natu maiorem morte affecit. Mithridates tanta feritate fuit, lect. Antiqu.  
vt matrem, fratrem, & insuper sex liberos crudelissime è medio tolleret. Cosroes rex Persarum senio confectus Medarem filium regni hæredem instituit, ob quam caußam ab altero Siroche natu maiore peremtus est. Agminatim sese historiæ, & quidem admodum luculentæ, offerunt, in quibus opes leguntur filijs chariores fuisse, quam fratres & parentes.

Potestne aliquid parente charius esse? potest, & debet, nem-  
pe D e v s. Quò igitur ulterius potest progredi insania pecu-  
niarum, quam vt Deum ipsum vendat, ei que argentum anteponat?  
Ad hunc malitiæ apicē ducit nummus. Euangeliū ipsum audi.

XVI

*Thng*